

**www.e-rara.ch**

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem  
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

**Valerius, Cornelius**

**Antverpiae, 1574**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De contentione seu probatione caussae.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

nihil vtilius proditum litteris exstare videatur. Atque bis de partitione praeceptis hoc adiucendum est, ut quo prima quaeq; pars ordine in partitione proposita est, eo transigatur.

De contentione seu probatione  
caussa.

Contentio seu argumentatio complectitur confirmationem & confutationem. In confirmando nostra probare voluntas; in reprehendendo redarguere contraria. Cic. in partit.

Quid efficiendum  
oratori.

De syllogismo seu ratiocinatione, eiusque partibus, ex sententia auctoris Rhetoricorum 3. 4. Heren.

QUARTAM orationis partem eamque precipuam, cuius causa illa superiores tradita sunt, constituimus Contentionem seu probationem, quae totius quaestionis disputationem continet, Ea constat confirmatione & confutatione seu reprehensione: quarum illa ad probandum, haec ad refellendum valet; illa argumentando cause facit fidem, haec aduersariorum argumenta, quae vel obiecta sunt, vel obiici possunt, dissoluit, eodemque vititur inuentionis fonte, quo confirmatio. Probatur autem causa argumentis: ea ducuntur ex locis. Loci autem dialecticorum sunt, à quibus illa mutuatur orator, cum docet. Verum, cum huic efficiendum sit, non solum ut doceat, quod proprium est dialecticorum, verum etiam ut delectet, & permoueat; illustrior est oratorum ornatioq; confirmatio, quam ieiuna illa dialecticorum argumentatio, cui tamen rhetores omne orationis robur acceptum ferunt, si quid argumentis aut probare velint, aut reprehendere. Hinc illa profecta sunt de argumentatione rhetorum praecepta, qui tradiderunt breuissimam ratiocinationem tribus constare partibus, quae dialecticorum propria est; longissimam quinque, mediocrem quatuor. Quinque partes numerant hoc ordine: propositionem, id quod ad probandum assumitur; mox rationem, qua probatur id quod propositum

fitum est: tum confirmationem rationis, seu comprobationem: deinde exornationem, qua locupletanda rei gratia adhibetur: postremò complexionem, qua breuiter collectis argumentationis partibus propositionem concludit. Exempli causa, propositio sit: Optima primùm sunt discenda: Ratio, quoniam prima atas vt docilior est, ita & tenaciùs, quæ percepit, retinet. Confirmatio, quia vacuum adhuc est ingenium curis, necdum vitis occupatum. Exornatio; quemadmodum enim vacua tabula facilius quiduis inscribitur, mollique cera imprimitur; & quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu: sic tener animus & faciliùs optima percipit, & fideliùs retinet, & cet. Complexio, optima igitur primùm ac statim sunt discenda. Quinque partita ratiocinationis in Dialecticis nos etiam meminimus, & eius partes ita numerauimus ex sententia Ciceronis libro 1. de Inuentione, vt exornationis loco posuerimus assumptionem; quo loco illud quoque admonuimus, quod hic repetendum est; non teneri semper illum ab arte præscriptum ordinem, sed per sepe mutari, nec semper quinque partes requiri, sed ex paucioribus constare posse, ipsumq; argumentationis initium plerunque ab assumptione duci, interdum etiam à probatione, non numquam ita concludi, vt in vnum conducatur & propositio & assumptio. Duplex est locorum tractatio: Vna generalis & communis, quæ ad nulum causa genus respicit, quæ propriæ dialecticorum est. Altera specialis, qua loci quidam ad vnumquodque genus à rhetoribus accommodantur. Sunt enim certa quadam in singulis causarum generibus

Quinque partite ratiocinationis partes ex sententia Ciceronis ita constituuntur, vt prima sit propositio, cui mox adiungatur ratio; deinde assumptio, & huius addita ratio: postrema complexio seu conclusio.

De duplici locorum tractatione.

præcepta confirmationis tradita, velut in demonstrationibus tria bonorum genera, & cet. in deliberationibus, honestum, utile, & cet. in iudiciis, ad coniecturam confirmandam voluntas, facultas, & cet. in definitivo statu loci definiendi: in qualitate partes iuris, &c. ex quibus refutandi quoque ratio petenda est.

Quibus autem modis aduersarij confirmatio aut diluatur, aut infirmitur, aut eleuetur, Cicero in Rhetoricis docet his ferè verbis: Omnis argumentatio reprehenditur, si aut ex his quæ sumpta sunt, non conceditur aliquid vnum pluræue, aut his concessis complexio ex his confici negatur, aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur (veluti cum docemus falsa esse pro veris assumpta) aut si contra firmam argumentationem alia æquè firma aut firmior ponitur. Hæc ab illo pluribus explicantur lib. I. de Inuent. & à Cornificio lib. II. Rhetor. ad Heren. & à Quintiliano lib. V. cap. XIIII. Vimus aliis etiam modis, Elevatione, cum aduersarij argumenta ridemus: Excusatione, vt si ætas, imprudentia, sexus afferatur: Deprecatione: Mutua criminatione: Inuersione signi contra nos allati, & huius interpretatione: Conquestione: Digressione: ceteris.

#### De peroratione.

PERORATIO est extrema pars orationis, seu artificiosus orationis exitus; qui constat ferè vel enumeratione, vel affectibus. Enumeratio est breuis potissimum argumentorum repetitio, qua redeat in memoriam auditor, quid per totam orationem dictum sit, totamque summam causam denudè cognoscat. In hac obseruandum est, vt summa quæque repe-

Confutatio.  
Lib. I. de Inuent.

Perorationis  
partes due: Enumeratio quæ ad memoriam spectat: & Affectus, qui ad animi commotionem.